Introit (Ps 129:3-4, 1-2)

Si iniquitátes observáveris, Dómine: Dómine, quis sustinébit? quia apud te propitiátio est, Deus Israël. Vs. De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi vocem meam.



"O Lord, if you were to take . . ." is repeated.

Gradual, Year A (Ps 22:4)

Si ámbulem in médio umbræ mortis, non timébo mala, quóniam tu mecum es, Dómine. Vs. Virga tua et báculus tuus, ipsa me consoláta sunt.



Gradual, Years B & C (Ps 132:1-2)

Ecce, quam bonum et quam jucúndum, habitáre fratres in unum! Vs. Sicut unguéntum in cápite, quod descéndit in barbam, barbam Aaron.



"Behold how good . . ." may be repeated.

Alleluia (Ps 113:11)

Allelúja, allelúja. Vs. Qui timent Dóminum sperent in eo: adjútor et protéctor eórum est. Allelúja.



Offertory (Esther 14:12-13)

Recordáre mei, Dómine, omni potentátui dóminans: et da sermónem rectum in os meum, ut pláceant verba mea in conspéctu príncipis.



Communion (Ps 118:22, 24)

Aufer a me oppróbrium et contémptum, quia mandáta tua exquisívi, Dómine: nam et testimónia tua meditátio mea est.